UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 45. Theologorum sententiæ circa Pœnitentiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-66577

Visual Library

Sæcul. XVI. „naturalis amor ad id etiam conferat,
A. C. 1551. „tanquam illius fructus.

§. XLV.

Theologorum ſententiæ circa Pœnitentiam.

Attamen Melchior Avoſmedianus Pacenſis Epiſcopi, qua dignitate auctus denuo ſub Pio IV. ad Synodum venerat, hanc in rem ita exorſus eſt: „prius nos propter pœnæ metum dolemus, dein propter Deum, poſtea vero, ajebat, peccata confitemur,„ Bernardus autem Colloredus Dominicanus, Forolivienſis Epiſcopi Theologus, illis, quæ ſunt ad Pœnitentiam neceſſaria, adnumeravit timorem, deteſtationem, ac fidem, ex qua ſpes oritur, & ab hac dilectio, ejusdemque Sententiæ fuit Franciſcus Contreja ex Ordine Minorum obſervantium. Porro reapſe, quantum ex actis coniici licet, Theologorum mens erat, ut error hæreticorum damnaretur, qui tanquam inhoneſtum improbabant pœnæ timorem.

§. XLVI.

Synodi ſententia circa contritionem in Sacramento Pœnitentiæ.

Pall. n. 25. & 26. Ad hæc Joannes Æmilianus Tudetanus in Galætia Epiſcopus hunc in mo-